

quum Lucas scribit, Augustum imperatorem edixisse, ut quisque in toto orbe terrarum censeretur; patet, ὅμημένν accipi debere aut de toto orbe Romano, aut certe de certa quadam illius parte. Quum autem historia illorum temporum doceat, censum illum non pertinuisse ad uniuersum imperium Romanum, sed ad solam Iudeam; intellegitur, πᾶσαν τὸν ὁμημένον apud Lucam esse Iudeam. id quod valet etiam de loco illo, qui in Actis Apostolorum est. Στάμνος a Pasore, Suarzio & in omnibus, quae vidi, Lexicis, Latine vertitur vrna. Verum non asequi Latinum vocabulum Graeci vim, ex deinceps dicendis fiet planum. Στάμνος a Grammaticis & scholiastis Graecis idem, quod ἀμφορεὺς, dicitur significare. Thomas Magister: ἀμφορεὺς λέγε, μὴ σάμνος. Moeris: ἀμφόρεα, τὸν δίωτον σάμνον, Ἀττικῶς σάμνον, Ἑλληνικῶς. Vnde σάμνον esse vas utrinque ansatum, quis non videt? quale apud Horatium <sup>c</sup> diota nominatur; per quod vocabulum explicatur in Gloss. vet. & ipsum verbum Graecum ἀμφόριον. Iam constat e libris V. T., σάμνον illam, de qua Paullus <sup>a</sup> loquitur,

con-

<sup>c</sup> Li. Iod. VIII. 8.      <sup>d</sup> Hebr. VIII. 4.